

265

Forstape melius 1513. aliquem huc
 w tym roku wyjechał 28 maja z w. nowa
 do Litwy, był w Kadomiu, i w Kadomia
 przyjeżdż do Mielnika 27 Junii, a z Mielnika
 wyjechał 18 Julii przyjeżdż do Litwy
 na 11 Aug.
 caia

Sigismundus I. Rex Poloniae Joanni Bohemano
 Vavodae Salskiae

Magis Dni amice sincere Nobis dilecte. Me-
 minimus eorum, quae Nobis prius Magentia¹ Vra
 per hunc Nuntium suum Petrka scripsit et in-
 timavit. Commiseramusque Capitaneo Camenecluy,
 et alijs Officialibus Nris, ut habita mutua intelligen-
 tia cum Capneis et Officialibus Vrae Magentiae facerent
 Conventionem mutua, et in eo de omnibus tam
 damnis, quam injurijs subditis ipsius Magentiae
 Vrae illatis justitiam ministrarent. Qui deinde Offi-
 ciales Nri certiores nos fuerunt, quod Praefecti
 et Capnei Magentiae Vrae ad praefinitam Conventionem
 et locum solitum ab antiquo venire nosuerunt,
 sed praeter consuetum morem, circa fluvium
 Dniestr Conventionem fieri volentes, causam praebuerunt,
 quod in factas utrinque injurias et
 damna animadversum non est, nec justitia ministrata,
 quam non minus subditi Nri exposce-
 rant, querentes se a subditis Magentiae Vrae con-
 tinuis molestijs et injurijs affii. Itaque com-
 mittimus adhuc deinceps Officialibus Nris, ut con-
 venientes in Chodorowice omnibus subditis Ma-
 gnetiae Vrae justitiam faciant, ac damna re-
 parent. Vra etiam Magentia faciat Officialibus
 Suis illi convenire, et pariter Nris subditis ju-
 stitiam facere, et damna reparare. Memoramus
 enim ita esse in pactis constitutum, ut de Ejusmo-
 di injurijs fierent utrinque Conventiones, et in eis
 omnia discuterentur, et justitia subditis tam no-

Fino

Nris quam Mg̃entia Vra ministravetur. Man-
detque Iphis Officialibus suis, ut illuc in Florado:
wae conveniant loco antiquitus solito, quoniam
ad inusitata solent homines difficulter trahi,
Ne per hoc subditis utriusque Nrum justitia
impediatur. Quod vero ad fugitivos homines ad-
tinet commissimus, quidem Officialibus Nris, et com-
mittimus adhuc, ut singulos restituant. Verum cer-
tiores Nos faciunt idem Officiales & Sarmei Nri,
quod Mg̃entia Vra vel Eius Officiales nolunt mul-
tos Nros, qui isthuc transfugiunt, restituere, et
complures adhuc isthuc esse, qui apud Leopolim
capti sunt, et usque huc detineri. Proinde fa-
ciat Mg̃entia Vra diem Nros homines Nobis reddi,
si suos sibi restitui postulat. De Explora-
toribus, quos Mg̃entia Vra in terras Nras pro-
pter Tartaros mittere solet, licet Tartari Ipsi non
soleant in Terris Nris degere et conservari, Nosque
semper, quocumque aliquid de eis percipimus,
illam certiore facimus. — Mandabimus tamen,
ne impediantur ea videlicet conditione, ut quan-
dounque Terras Nras ingredi voluit, prius se
Officialibus Nris exhibeant, ne ita ingrediantur,
ut eorum divagatio nobis et Dominijs nris noc-
uumentam afferat. Intelligimus enim ex Cap-
taneis nris, quod furtive subintrare soleant, et
habitibus religiosis, idque fieri non potest absque
alio proposito. — hinc est, quod quidam ejusmodi
sunt comprehensi. Itaque faciat eos Mg̃entia
Vra aperte ire, et presentare se Officialibus Nris,
et non habeant impedimentum. Latrones et
fures supplicio debito faciemus afficere, et prohi-

Teb.

prohibebimus eos fovere, prout id quoque antea fecimus. sed ut Vra Magnificentia id idem in Terra sua faciat, Nam ut ex Officialibus nostris accepimus, multa isthinc in terris nostris furta committuntur, et fures ejusmodi isthinc conservantur. Nos quantum in nobis est, volumus omnia pacta et conventiona inter Nos diligenter observare, Vra etiam Magnificentia ita faciat pro conservanda pace, et bona vicinitate, que valeat felicitas. Datum in Radom.

